

Liber

lugdunensis. Inde ad pyrenei montis excursum aquitania a remorica ante dicta. Agrippa uniuersarum galliarum iter rhenum & pyreneum atque oceanum ac montes gebennam & iuram: quibus narbonensem galliam excludit: longitudinem. ccccxx. M. passuum. Latitudinem. cccxiii. computauit. Ascaldi incolunt: externi: taxadri pluribus nominibus. Deinde menapii: morini: oromasi iuncti pago qui gesoriacus uocatur. Britanni: ambiani: belouaci: bassi. Introitus castologi: attrebates: neruii: liberi uero madi: suuicōi: sueffiones: ueruni liberi: ulmanetes liberi: tungri: rinuci: frisi: auones: berafi: leuci liberi: treueri liberi antea: & lingones foederati: rhemi foederati: medio matrici: sequani: rauraci: heluetii. Colonia equestris & rauriaca. Rhenum autem ac colentes germaniae gentium in eadem provincia menetes: triboci: uangiones: cubi: colonia agripinensis guberni: butani. & quos in insulis diximus rheni.

Lugdunensis gallia. Capi. xviii.

Lugdunensis gallia habet lexouios: uellocasses: galletos: uenetos: abrincauos: osisinos: flumen clarum ligerin. Sed peninsulam spectatiorē excurrētē in oceanum a fine offiso & circuitu. d. cxxv. M. passuum. longitudine. In latitudine. cxxv. M. Ultra eam uannetes. Intus autem hedui foederati: auratani foederati: boii: senones. Auleri qui cognominantur eburones: & qui cenomani: meldi liberi: parisi: trecaesses: andegau: inducasses: bodicasses: uenelli: cariofuites: diablidi: rhedones: turones: itesui: secussi: albi liberi: in quoque agro colonia lugdunum. Aquitania. Capi. xix.

Aquitaniae sunt ambulatri: anagnutes: pictones: sanctones liberi: bituriges liberi: fesignani cognomine ubisci: aqtani unde nomen provinciae: sedibonitates. Moxim oppidum cotriburi conuenae: bergebin: trabeli quattuor: signani: cocofates: sexagnani: uenami: enobrifates: belēdi saltus pyreneus. Infraque nemeosi: osquidates montani: sybillates: caponi: bercorcates: pipidimui: sassumini: uellates: tornates: conforani: ausci: elufates: sotiates: osquidates: capestres: succasses: latufates: basabocates: uassei: sennates: cabolestri: agelinates: pictonibus iuncti. Hinc bituriges liberi qui cubi appellantur. Dein lemouices: aruerni liberi: gabales. Rursus narbonensis provinciae contermini ruteni: cadurci: antobroges. Tarnaque amne discreti a tolosanis petrogori Maria circa oram ac rhenum septentrionalis oceanus: inter rhenum & sequanam britannicus: inter rhenum & pyreneum gallicus. In sulae complures uenetorum: & quae ueneticae appellantur: & inter aquitanicum sinum.

Citerior hispania. Capi. xx.

Pyrenei promontorio hispania incipit angustior non gallia modo: uerum etiam semetipsa (ut diximus) immensum quantum hic oceano: illinc hiberico mari comprimētibus. Ipsa pyrenei iuga ab exortu aequinoctiali in occasum brumale breuiores latere septentrionali quam meridiano hispanias faciunt. Proxima ora citerioris est eiusdem tarraconensis situs a pyreneo per oceanum bastonum saltus. Aolarso uardulore oppida morosgi: menosca: uesperies: amnum portus: ubi nunc obrica flaua colonia ciuitatum noue. Regio cantabrog. flumē sanga: portus uictoriae iulio bricensium. A beo loco fontes hiberi quadraginta. M. p. portus biendium: origeni mixtis cantabris. Portus eorum uesei: ueca. Regio astur: neoga oppidum in peninsula pisci. Et deinde conuentus lucensis a flumine nauia: Albiones: cibarci: egouari cognomine namarini: iadoni: arrotebrae: promontorium celticum Amnes. florius: nelo: celtici cognomine neriae. superque tamarci: quorum in peninsula tresarae: festianae Augusto dicatae & Capori oppidum noela. Celtici cognomine praesamartii: cileni. Ex insulis. noiande corticata: & aunios: acilensis. conuentus braca: heleni: gronii: castellum tide: graecorum sobolis oia. Insulae cicae. Insigne oppidum abobrica. Minus amnis quattuor. M. p. ore spatiosus: leani: seurbi: brachae oppidum augusta: quos super galecia. Flumē limia. Durius amnis e maximis hispaniae ortus in pelodonibus: & iuxta numantiā. Lapsus dein per areuacos uaceosque determinatis ab asturia uestonibus: a lusitania gallicis. ibi quoque turdulos a bracharis arcens: oisque dicta regio a pyreneo metallis referta auri argenti ferri plumbi nigri albi.

Lusitania. Capi. xxi.

Durio lusitania incipit. Turduli: ueteres: pesuri: Flumen uagia. Oppidum talabrica: Oppidum & flumen eumenium. Oppida conibrica: colippo: euburo: britium. Excurrit deinde in aliud uasto cornu promontorium: quod alii artabrum appellauerunt: alii magnum: multi ulyssipponense oppido: terras maria caelum determinans. Illo finitur hispaniae latus. Et a circuitu eius incipit frons septentrionalis. Insulae in oceano. Capi. xxii.

Inc oceanus qui & gallicus occasus: illinc oceanus atlanticus promontorii excursus. xl. M. prodidit. Alii. xc. mil. passuum. ad pyreneum. inde non pauci duodequingenta milia. & ibi gentem artabrum quae nunquam fuit manifesto errore: arrotebras. n. quos ante celticum diximus promontorium hoc in loco posuere litteris permutatis. Erratum & in annibus inclytis ab mimio quem supra diximus. cc. mil. passuum ut auctor est Varro abest eminius: quem alibi quidam intelligunt. & limaeam uocant obliuionis antiquis dictus: multumque fabulosus. ab durio tagus. cc. milium passuum interueniente munda. Tagus auriferis harenis celebratur. ab eo. clx. mil. passuum promontorium sacrum e media prope hispaniae fronte profilit. xiiii. milia passuum. Inde & pyreneum medium